

ajunt : atque ex utraque classe quamplurimas triremes , 1351
vi ventorum præfenti certamine averſas , conſligere non
potuiſſe ; horrendum itaque prælium per umbram no-
ctis ad inſequentem lucem protractum . Nox omnia pu-
gnæ discrimina terribiliora fecerat . Exaudiri gemitus
terribilesque clamores : conſlictus ad hæc collifarum na-
vium , armorum ſonitus , horrendo ſtrepitu utrunque
littus reſultare : tota , ut diximus , nocte , & (quod
magis mirum videri poteſt) hyberna , cæco eſt marte
dimicatum . Creditum eſt , in tantis tenebris barbarum
barbaro , Venetum Veneto , Ligurem Liguri concur-
riſſe . Ubi vero poſtea dies illuxit , tum cruenta aqua-
rum facies , quanta utrinque clade per noctem certatum
eſſet , retextit . Spumabat humano ſanguine Euripus : in-
ſtrumenta merſarum navium , telorumque vis ingens
omnia compleverat : multæ triremes ſine milite vagæ
fluitabant . Demum afflictis rebus , cadenteque Pontio
Aragonix classi Præfecto , barbarisque ob id cedenti-
bus , Veneti & ipſi (quia plus non poterant) Ligu-
ri ceſſere . Contentus hostis ſibi loco deceſſum , ac pro
victoria id habens , & ipſe parum incolumi claſſe in
ſuam ſe ſtationem recepit . Ceciderunt ea pugna Stepha-
nus Contarenus Procurator , Joannes Stenus , & Bene-
natus Bembus . Pancratiſ Hadriatici ſinus Præfectus ex
vulnere quod in pugna acceperat , paucis diebus expi-
ravit . Tradunt Veneti ſcriptores , dimidium Venetæ
clasi eo prælio , non amplius conſiſſe , quod loci an-
guſtias feciſſe omnino crediderim , ac proinde Liguri
immotam claſſem conſiſtiſſe . Sed nec illi victoria in-
cruenta fuit , quippe qui a Veneto poſtea ad pugnam
provocatus , conſligere non ſit auſus . Joannes Delphi-
nus , qui pugnx interfuit (ut quidam ſcribunt) Vene-
tias nunciavit , Venetum ea pugna ſuperiorem fuiſſe ,
captasque ex hoſtibus triremes octo & viginti , quarum
remiges & milites ad unum periſſent , ac præter hos ,
quamplurimos ex aliis turmis aut cæſos aut vulnera-
tos : ex Veneta claſſe quatuor triremes amiſſas ac circi-